



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Jn Caput IV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

## In Caput IV.

**I**N loco, qui Confugia dicitur ) De hoc Monasterio Martinius Hoffmannus lib. 1. Annalium Babebergensium qui necdum typis excusi sunt.

Eodem anno [ hoc est indict. 1. anno regni S. Henrici Imperatoris XVIII. Imperij IV. qui fuit Christi 1018. ] Cunigundis Aug. ... millibus passuum à Cassellis Hassicis cœnobium virginum in honorem Domini & Saluatoris Christi, & sanctæ eius crucis, ex voto propria pecunia constituit. Locum circa soli ubertate sæcundum, aquis irriguum, & copia piscium affluentem, Ditmarus Capungum, incolæ Kafungum, affinitate inter litteras C, K & F nota, nominare solent. Et hoc Nonno monacho occasionem dedisse, & audaciam asserēdi addidisse puto, quod ex ignorantia loci & etymologiæ, cœnobium à fundatrice prius Capungum dictum, Confugium appellauit.

Wilhelm Dietrich Hebischer Chronick / parte 2. pag. 115.

Heinrich Churfürst vnd Pfalzgraff bey Rheyn/zu Francken/ Hessen/nc. Herzog.

Diser hat Heinrich den Andern dises Namens / H. zu Beyern / zum Keyser erwählen helffen / vnd ihme sein Schwester Kunigunden ver mehlet / durch deren Vorbit ist etwa das Closter Kauffungen mit etlichen kostbaren Kleinodien vom Keyser begabt vnd erneuert worden. Dahero etliche meynen wollen / solch Closter habe Hohermelter Keyser erstlich gebawet / welches doch anfänglich von Ludouico Pio fundirt vnd gestiftet worden.

Ditmarus Episcopus Merseburgensis lib. 7. ter meminit Kapungi. In Tabulis Geographicis Kauffungen, propè Cassel in Hallsia ponitur. Compilatio Chronologica vocat hoc Monasterium

Augiam.

